


R M K II.

1711

1692

R M K II.  
1711



1798  
TRIAS  
ORATIONVM  
PANEGYRICARVM.  
LAUREATIS HONORIBUS.

Reverendorum Nobilitum ac Eruditorum  
DD. AA. LL. & Philosophia

NEO-MAGISTRO RV M.

Collegio Cassoviensi

PROMOTORE

R. P. FRANCISCO SZEKELY

è Soc. JESV AA. LL & Philosophia

Doctore, ejusdemque Professore

Soc. JESV  
emerito p. t. Seniore.

In Alma Universitate Cassoviensi creatorum  
Dedicata

A RHETORIBUS Academicis  
Cassoviensibus

Anno M. DC. LXXVII.

Die Mensis Augusti



CASSOVIÆ, Excudit Johannes Klotz

Dogm  
1090. k

(Hivinyz. az utolsó lev. -  
Erősen sévült péld.)

Dilectis illis. Quibus  
 Alaris me mundum bene sci  
 sicut, & singularem sapientiam  
 & in summo bene mundi tunc  
 Hodie, & quilibet, & in summo  
 Kito me, & quilibet, & in summo  
 Opus meum ubi summo me  
 fuit me, & quilibet, & in summo  
 hanc omnia quilibet

L. dis Laur  
 bereg

PKK. II.

1711

Ex Museo  
 Hungarico

3

Ad Reverendos, Nobiles, ac Doctissimos  
 DOMINOS  
 NEO-DOCTORES  
 PHILOSOPHOS.

**T**riennalis laboris Vestri Laureatæ  
 Coronidi Trinas appendimus Tabellas  
 DD. Neo-Doctores Philosophi. Spe-  
 Etabit in his non quidem victoria-  
 rum Vestrarum in Sapientie palestra obtenta-  
 rum, Apellis, aut Protogenis eussdam manu ela-  
 boratas imagines (hoc enim vestram vulneraret  
 modestiam) sed rudis, & pluribus intento Eloquen-  
 tia nostra penicillo eorum ex Cælitibus adumbra-  
 tas laudes, quorum alter è Senatoria Kostkovorum  
 oriunda profapia, ipso Diviniore Philosophia in  
 limine immarcescibili glorie donatus Laureâ, Sa-  
 cratiorem habet ad Philosophos Relationem: altera  
 ab initio & ante Sæcula in Divina Sapientia  
 preordinata Matrem, singularem Sapientum agit  
 Opitulatricem.

Si expectationi Vestra rudis hæc pictura nostra  
 aliquatenus satisfecerit, & in eam oculos conjice-  
 re placuerit, Voto nostro erit factum satis.

Vivite

FaVete  
 HonorI & pLsVI Vestro scMpes

SANCTA MARIA,  
Sine Originali Labe concepta  
ORATIO I.



**G**loriosa dicta sunt de Te o Augustissima Cœli, terræq; Imperatrix MARIA: cujus super omnem creaturam dominatus ab initio, & ante sæcula in montibus sanctis per ipsum fundatus Altissimum ad futurum usq; Sæculum, nequidquam contranite tartaræ potestate, non desinet. *Gloriosa inquam dicta sunt de Te o MARIA: in qua sicut letantium omnium habitatio est nostrum.* Quis enim tam degener filius? quem non liquidissimâ gestientis animi voluptate perfundant amplissima, splendissimaq; encomia, quibus Divinissimam Parentem summi quicq; doctrinâ, virtute, sanctitateq; vici disertissimè collustrarunt. Materno videar impotens affectu lenocinari, si per MARIAM ipsi quoq; quæ lucè habitat inaccessibilem, Divinissimæ Triadi extrinsecum quoddam luminis complementum accessisse edixeris; at non mea hæc inventa, non disertissimi solum MARIANARUM prærogativarum encomialta Hesichii MARIAM universum Trinitatis complementum clarissimè pronunciantis, sed illustrissimi quoq; Epiphani sunt sensa & cogitata. *Præclara Puella MARIE* (loquenti auscultate Epiphanio) *præclara puella MARIE beatum non in interpretatur Illustrata; ut pote qua illustrata sit a Felto D. L. & cunctos ad fines terra, credentes Trinitati illumina- noverit.* Quis porro virum scientiis eximium, mentis candore perspicuum, sanctitate Orbi Christiano notissimum, Cyrillum arguat erroris, dum per MARIAM sancti-

ficari

ficari Trinitatem enunciat. Dies me prius & verba deficient, quàm vel Catalogum eorum retexam panegyristarum, qui aut gloriose de gloriosa dixerunt Virgine, aut devotè de pientissima senserunt Matre, aut magnificè de augustissima hac scripserunt Imperatrice. *Coadjutrix Filii Dei in redemptione humani generis.* Richardus à S. Laurentio. *Radix omnium bonorum* Chrylippo. *Gloria regni Cœlestis, & lignum vite* S. Ephremo: *Abyssus gratia* Damasceno; *Vita viventium,* Andreæ Cretensi, *Aula regis æterni.* Ambrosio, *Forma DEI* Hypponensium Præfati est MARIA. Cujus pulchritudinem & splendorem jam olim demiratus Arcopagites, humanæ supereminentem conditioni & naturæ Deam quandam MARIAM proclamasset, nisi veritas orthodoxæ fidei divinitatem uni & soli DEO propriam, nemini alteri tribuendam esse docuisset. *Gloriosa sunt omnino hæc de Te dicta o creaturarum decus MARIA: sed longè gloriosissimum illud, quod ipse Sponsus tuus Divinissimus Spiritus in ore Ecclesiæ de te posuit præconium: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Nimirum Divinissimum hoc opus, quod solus, attestante Damiano, supergreditur spæx ita ab initio omnis creaturæ operatus, singularibusque prærogativis dignatus est Dominus, ut corrupte per primigenium crimen viam suam omni humanâ carne, unica MARIA, nullâ unquam coinquinata labe, velut candidissimum inter spinas liliū nascere ur. Cujus illibati candoris decor sic meos hodie ad se se rapuit oculos, ut MARIANA celebraturus encomia, illum unum mihi destinaverim, ad quem, tanquam ad præfixam metam omni mea nisu decurrat Oratio; non destituta, donec MARIAM amicam nostram, matrem nostram, totam pulchram, totam illibatam, suâq; in Conceptione Immaculatam evicero. Quod dum ago, vos aut illibatis laudibus, corda verò MARIANIS accomodab amoribus.

Sic se res habet: Tota pulchra est, tota formo

amica nostra: in qua nec nodum Originalis, nec cortex an  
Bialis culpa fuit. Agite, stillatim pulcherrimi robur  
mysterii & historiam delibemus. Quæ ut patentior ve-  
stris exhibeatur obtutibus, fingite paradysiaca inter vi-  
ridaria vos versari, indequæ Damascenæ telluris campos  
contueri. Videbitis in iis limo accelerantem creatorem,  
& imaginis suæ assymbolam constaturum creaturam,  
sigulum agere DEUM. Detornatur è figlina homo, spi-  
raculo imbuitur, gratiis mediisque ad acquirendam beati-  
tatis æternitatem instruitur copiosissimis. Jamquæ sic  
adornatus ante sui constiterat faciem Plasmis, cum visor  
in arcano potentia suæ archivo nascituros ejus nepotes  
in medium adducit DEUS, ita universos allocutus: Finis,  
quem supremum cunctis præfigo; beatitudo est sine fine  
duratura; ad eam tamen neminem prius admittere  
quàm proprio se disponat conatu, ratum, fixumquæ ha-  
beo. Legem constituo, de ligno quod est in medio pa-  
radysi comedere prohibeo. Quod si eam adimplere  
ob imbeciliorem fortè naturæ conditionem vobis mini-  
mè confiditis, ecce homo, à me plasmatus, & in caput  
vestrum deputatus, longèquæ eminentioribus auxiliis ad-  
sustodiam mandati adornatus. huic, si lubet, negotium  
hoc grande committite, hunc procuratorem causæ ve-  
stræ conducite, in hunc voluntates vestras liberi trans-  
fundite nobilioribus ille instructus mediis, quidni me-  
lius rem vestram, sibi communem transigere valebit?  
Ita proponenti Domino, quid Universitas generis hu-  
mani, se in donis, & gratiis longè inferiorem capite suo  
conspicata, reponat, auscultemus. Consentimus, aje-  
bant, consentimus universi, pactum cum parente filii  
percutimus; quod volet ipse, hoc volumus. Quid porro  
ad hæc creaturarum excellentissima MARIA? hinc suam,  
D. quæ & Adamum, & cunctas alias etiam Angelicas lon-  
gè anteibat parasangis creaturas, contemplata condi-  
tionem; inde verò Adami, quantumvis ab auxiliis instru-  
m, sibi expendentem labilitatem: Nolim excipiebat, nolim

ego infirmiori me gravissimi istius negotii causam dele-  
gare; ipsa, pace tuâ Creator liberalissime, partes meas  
tuebor, ipsa efficacissimis à te donata mediis cum adver-  
sis partibus pro lege Dei mei decertabo. Dictum, fa-  
ctum: Itur in prælium; adreptit in paradysi viridaria  
coluber, interdictam homini circumfidet arborem, al-  
lectat, svadet, perorat. Et quid? videt, gustat, præva-  
ricatur Adam, Quid deinde? pulvere addicitur inte-  
ritui, ligoni mandatur in escam, è viridario eliditur:  
adhucne aliquid? cum tota sua posteritate moritur. O  
infelicem pugnam! o infortunatum hominum genus!  
itanè verò idem tibi est elucescere in aurora, & hespero  
tumulari. Quomodo autem? (sane in Adam MARIA?  
num herbam victori porrexit serpenti? Probrum! AA-  
Tabescat serpens, sentiat vindicem bellatricis MARIAE  
dexteram; ipsa conterat caput ejus. Inimicitias namquæ  
posuit omnipotens inter Draconem, & Mulierem, inter  
semen illius, & semen mulieris. Ipsa (fulminabat adver-  
sus colubrum DEUS,) ipsa conteret, imò jam tunc con-  
trivit caput ejus. Quod si ita, si MARIA serpenti inimica,  
quomodo amica? si caput illius conterit, quomodo vo-  
luntati ejus obedit? si in pacto Adami non inclusa,  
quomodo in Adam peccavit? si demum ab initio omnis  
creaturæ in benedictionibus præventa, & ante sæculum  
peccato contraria, quomodo in peccato concepta?

Nec est, quod à nostris alienis partibus adversarie  
reponas: Tunc primùm inimicitias inter colubrum &  
MARIAM positas, quando ea in materni uteri claustris  
conclusa, Divinissimi Spiritus infusione sanctificata ab  
originalis culpæ macula speciali Numinis privilegio li-  
berata fuit. Quæro enim ex te num accordi Patrum  
sententiæ, MARIAM specialibus super omnem creaturam  
privilegiis à DEO dotatam sentientium consentias?  
Ita, quid obsecro speciale dixisti de MARIA, quando  
eam in utero sanctificatam fuisse conclusisti? An fortè  
ignoras sanctissimum Vatem Hieremiam, ipsumquæ Do-

mini præcurforem tali dignatum fuisse favore? Quo-  
modo specialis præ cunctis Matri Dei prærogativa, quæ  
pluribus comminis?

Quam Dei Matrem dum nomino, Achillem hodi-  
ernæ causæ meæ admoveo. Vultis Scholastico ad ipsam  
Laconismo innotescat? sit sanè primum illud pro tantæ  
Matris indemnitate argumentum. MARIA Verbi Divini  
genitrix est, Verbum ergo Divinum à MARIA genitum  
est. Omne porro genitum, quod genitum est, genito-  
rem suum, ut Scholastica habet phrasis, tacitâ quadam  
voce definit. Concludite Divinioris scientiæ intelligen-  
tes animæ: Itaque si genitus à MARIA Filius immunis  
ab omni labe est, quidni & MARIA genitrix ejus immu-  
nis erit? Et sanè, potuitne obsecro eò indignitatis  
summa devolvi Divinitas, ut quod è purissimo lumine  
Patris in principio genitum fuerat Verbum, illud ipsum  
è tenebrosa, abominabili, mancipio (horrescit animus!)  
mancipio demoniorum matre nasceretur in tempore.  
Sentiatur, quod cui lubet; ego certè cogitatum hunc non  
admitto. In gloriam profectò est supremo Architecto,  
si finibus innocentiae regulam puritatis adducturus, im-  
providus aberret in parallela. Dedeceat conditorem u-  
niversi, si vitæ spiritum halaturus in Virgine, ipsam è  
communi massa mortis elaboret. Minimè conveniens  
est opifici DEO; si æternum sui reparaturus Virgine in  
tabella simulacrum, blattas tartarei tenebrionis sustineat.  
Inhonorum deniq; est Omnipotenti, si infestum  
Virginis calcaneo quassaturus verticem fœderalè eam  
in femine colubri pacto coadunet. Si pro Domina ser-  
vam, pro triumphatrice captivam, pro libera ancillam,  
pro Verbi matre Filiam Dæmonis nanciscatur. Verbi  
mater est MARIA, è scoria aurum, è toxico nectar, è te-  
nebris lucem, è pumice aquam, ex orco cœlum, cœliq;  
principem num quis audeat præstolari? mater est Verbi.  
Inhonorus igitur matri fuerit, qui maternæ morti occur-  
rere cùm posset, non occurrit. mater est Verbi. Illum

ego

ego credam matrem habere voluisse peccatricem quæ  
Paternæ Filius erat Innocentiæ! Davus sim, si credam:  
sublimiora nempe de Divino ingenio me cogitare ju-  
bet ea, quam Cœlestis Amor in Virginem à minoribus  
etiã malis præservandam adhibuit, industria. Avertit  
nimirù ab ea solertissimè providentissimum Numen re-  
bellem rationi concupiscentiam, quia hoc Filiam Pa-  
tris; doloriferum pariendi debitum, quia hoc Matrem  
Filiis, maledictum illud: pulvis es, & in pulverem re-  
verteris: quia hoc Sponsam Spiritus Sancti condece-  
bat; & non averterit malum illud, à quo ma a illa veit  
à radice suam trahunt Originem? Dedecebat Patrem,  
Genitricem eligere Filio iis subjectam naxis, qui Divi-  
nos non offenderent oculos, & non dedecebit Filium  
ex Matre nasci peccatrice?

*DEVS creavit MARIAM in Spiritu Sancto.* Quid  
Conclusionem moraris Philosophe? In Spiritu Sancto  
creata est MARIA: Igitur primum Virginis Esse in Spiri-  
tu Sancto; ergo primo sui Esse Virgo Sancta; ergo Im-  
maculata; ergo sine labe concepta. Inter Spinas lilium  
est MARIA, sed sine spina, in flamma rubus, sed incom-  
bustus, inter filias amica, sed beatissima; inter gemmas  
margarita, sed pretiosa unica Divino pelago piscata; in  
matribus fecunda, sed Virgo; in arboribus palma, sed  
erecta; in viridariis hortus, sed conclusus, in nubibus  
aurora, sed confurgens, nunquam in occasu, inter Sy-  
dera Stella, sed mutina; inter planetas Cynthia, sed  
plena gratiarum; ab Adamo descendens Filia, sed quæ  
in Adam non peccavit. *Decens enimerat* (Divinum audite  
Anselmum AA.) *Decens erat, ut eâ puritate, qua major sub  
DEO excogitari non potest Virgo illa niteret, cui DEUS Pater  
unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi ge-  
nitum tanquam seorsum dilexit, dare disposuit.* Audivisti  
hæc Angelice Doctor Thomæ? Quid tibi videtur?  
Dicendumne pro intemerata Virginis puritate? Dicen-  
dum, ait primâ parte distinctione 44. quæst. 1. Artic.

A 5

ad t

ad tertium: *Exemplum quod puritas intenditur per recessum a contrario; & ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit (Oraculum adorate.) Et talis fuit puritas Beata Virginis. quæ a peccato Originali & actuali immunis fuit. ἄντὸς ἐφθα. Ipse Angelicus Doctor dixit: atque ut semper de Filio scripsit bene, bene etiam de Matre Filii semper dixit. Et quidni Immaculatam Virginem illam Ecclesie Doctor edicat, quam iam olim primus Ecclesie Senatus, Discipuli Domini, & orbis Professores sine labe conceptam edixerunt, concluscrunt, propugnarunt. Apogripham quidem, suam tamen non destitutam autoritate eorum conclusionem accipite: *illa Virgo illa MARIA, illa Sancta præservata fuit ab Originali peccato, & ab omni culpa immuni: (a) Quid ad veritatem rei, quam propugnamus, declarandam luculentius? quid Apostolicam auctoritatem ad stabilendam Virginis Matris originariam puritatem testatius? Et sanè, quis conceptum MARIE illibatam fuisse neget, quem vel ipse infensissimus Christiano nomini hostis Mahumetanæ sectæ coryphæus non negavit. Nullus de filiis Adam, loquenti auscultate Mahumeto, nullus de filiis Adam nascitur, quem non tangat Sathan, præter Mariam & Filium ejus. (b) Ecce alienigena. & populus Aethiopum sciencium te, & illibatam Conceptionem tuam profitentium Ô MARIA.**

Quid ad hæc non tam quidem tu antagonista Catholice, quam tu injuriose Divinæ Matri Sectarie, quid tu inquam ad hæc? Tunc illam nihil dissimilem alteri cuivis peccatrici blasphemio asseverabis ore, quam & spontanea adversarum partium confessio, & auctoritas Apostolica vel in ipso Conceptionis instanti ab omni præservatam fuisse labe pronunciat,

(a) Doctor Mexia de la cerda in Orat. de Concept. fol. 7d ex D. Theophrasto,


(b) Mahumet in Alcorano Azvara 75.

sed quis tuam ô paucissima creaturæ puritatis eloquatur puritatem? quam vel Angelica nec admirari satis, nedum complecti potest acies. Cedit tibi pulchritudinis gloriam triumphalis Pompeij colossus ex nitidissimis fabricatus unionibus; vilescit regale simulacrum Arsinoes, uno effictum topazio; expallescit fulgurans Alexandri solium, lucidissimis congestum lapidibus. Tu mundissimum Divinitatis speculum (hac nomenclatura Te tuus insignit Orator). Tu mundissimum & nullo unquam antiqui serpentis contemeratum afflatu Divinitatis speculum, purissimam uteri tui crystallo Paternæ gloriæ non representas modò, sed realissimè contines imaginem. Imò per Tuam nunc mihi fas sit modestiam cum magno Encomiaste Tuo Augustino elegantissimam Te Dei Formam compellare. Felices nos AA. MARIANI, quibus post præstitam Immaculatæ Conceptionis MARIANÆ Sacramentum hanc DEI Formam intimè contemplari concessum. Felices inquam: quia videndo eam, Deum ipsum videre nobis datur. O utinam tamen mundo & immaculato corde intueamur semper eam, quam

ego nullam unquam labe inquinatam, & sua in Conceptione Immaculatam

D I X I,





12

# ARCA FOEDERIS

## In Salomonis Templo collocata.

Id est

# MARIA

## In Coelos Assumpta.

### ORATIO II.



Vb progredieris? quo Mater absq; filiis pro-  
peras? quò potentissima Orbis Domina si-  
ne famulatu, quò Regina caeli sine Gynae-  
ceo, quò humanæ gentis Advocata absq;  
hominibus discedis? Adeone tibi, quam  
Sexaginta & amplius annos Domino in odorem suavita-  
tis excollebas, viluit tellus, ut ingrediens Cœlum nul-  
lam terrenæ societatis comitivam admittas? Quid ob-  
secro Maternitati tuæ displicuit in dilecto saltem Johan-  
ne, ut ne hunc quidem felicissimæ istius peregrinationis  
tuæ comitem velis sustinere? Abis à mundo unicum  
mundi delictum; egredieris ex orbe Gloria & magnifi-  
centia orbis universi. Discedis à nobis (O grande vul-  
nus amantium!) discedis à nobis in longinquissimam  
cœli regionem: Quo jam confugiemus exules, ad  
quem ibimus orphani? Discedis à nobis: quis à lacry-  
mis temperet, quis fletum cohibeat? A servis Domina,  
ab Orphanis Patrona, levamen ab afflictis, ab oppressis  
Solutium, Mater à suis, non amplius reditura discedit  
MARIA. O quis dabit nobis pennas sicut columbæ MA-  
RIANI clientes, ut cum Columba nostra, amica nostra,  
Matre nostra vinculis, quæ aggravant animam Soluti,  
ac in medios cœli campos elati, volemus usq; ad taber-  
naculum

naculum Altissimi, donec tandem cum ipsa in Civitate  
sanctificata requiescamus. Quid enim nobis est ampli-  
us in mortali hac vita, aut quid volumus super terram  
quando Spiritû nostri vita veluti virgula fumi ex aro-  
matibus, ascendens per desertum aeris super omnes cœ-  
los evolavit. *Quomodo erit nobis, cum Damasceno que-  
ri liceat, quomodo erit nobis Vita Vitalis, si MARIAM non  
habeamus, cum qua Versemur? Verum quid ago? quid  
à tristibus Næniis, latum triumphanti Virgini dicturus  
Epinition, meam auspiciose Orationem? Assumpta est  
MARIA in Cælum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt  
Dominum; & ego fletus mi cere plausibus, luctibus in-  
quinare triumphos, mœrore ætitiæ corrumpere, a nec-  
nissimam deniq; festivæ diei lucem obscuris tristitiæ  
nubibus temerare præsumo? Quid ago! Supernæ Hie-  
rusalem vobis annunciaturus gaudia, mœtissimi fontem  
doloris aperio. Date tamen hoc teneriori in Virginem  
Matrem affectui Auditores; eloqui date quod sentio:  
Assumitur MARIA ad æthereum thalamum, in quo Rex  
Regum Stellato sedet folio; quis cum spiritibus non  
exultet Angelicis? quis epithalamica non concinat  
gaudia? sed terram deserit; quis non condoleat terri-  
genis? Invehitur triumphabunda in Cœleste Capito-  
lium; quis non exultet cum cœlo? egreditur è mundo;  
quis non abeuntem lacrymis prosequatur cum mundo?  
Exaltata super Archangelorum choros, ad Unigeniti  
dexteram assistit in vestitu deaurato; quæ inde immor-  
talium cœtui gloria? ex hominum ablata confortio,  
terras nō amplius inhabitatura relinquit; quæ hinc tristi-  
tia mortalibus? Regali redimita diademate cœ i terræq;  
proclamat Imperatrix; an non plausibus & triumphis  
jure vacet aula Sanctorum? Discedit ex orbe miseri-  
cordiæ Mater; quidni meritò luceat turba miserorum?  
Quid igitur faciam! quo me vertam Marianus encomi-  
astes! Læti triumphatricem Reginam comitabor ac-  
clamacionibus? discessionem suæ lugens Proteſtricis  
atrorem*



atroxem indutus orbis, omnem interdicit lætitiã. Triste morienti matri canam Epicedion? De deserto mortalitatis nostræ ascendenti Augustæ suæ obvius factus, totusque in jubilos & exultationem effusus Angelorum exercitus, nihil nisi jubilos & Epinicia cantare, nihil nisi gaudia mundo jubet nunciare. Quid faciam? quo me vertam?

Ibo, vela dabo Cœli quæ flaverit Auster, Dicam quod astra jubent, quod expedit mundo, quod superi volunt, quod gloria, & triumphus postulat **MARIANUS**, Dicam non cum lugente terra Epicediõ, sed cum exultantibus cœlis Epinicion. Neq; enim fas est loqui esse tristitiæ, ubi post diuturnam calamitatum noctem provecto ad perfectum diem fecundissimo Divinæ **LUCIS** parente mystico **SOLE MARIA**, optatissimus nostræ illuxit dies felicitatis. Dicam proinde quod jam olim nascente **MARIA** exultans dixit, & cantabat **ECCLESIA**; dicam clarè Assumptionem **MARIÆ** non luctus & moerore, sed gaudium annunciâsse universæ terræ. Quod ut festivus vestris resonet in auribus, vos **MARIAM** Divinum illud opus *Arcam Fœderis* esse cogitate, & ego Arcam istam, que sub tentoriis ærumnosæ vitæ hæcenus commorabatur, hodie in magnificentissimum Divini Salomonis Templum inter plausus, & triumphos deportari, ac in Sanctis Sanctorum solennissimè collocari dicam.

Cohabitaturus aliquando, quem in hæreditatem sibi delegerat, populo fidei **DEUS**, evocato ad familiarum congressum supremo illius Archistratego **MOYSE**, tabernaculi cujusdam schema illi repræsentat, ac secundum ejus exemplar *Arcam*, futuri cum ea gente signum *Fœderis* exædificari mandat: suæ super illa gloriæ thronum collocaturus, ac exinde Oracula, & Legem populo dictaturus. Triumphalem fuisse curram dixisses seu de **Ægypto**, & **Pharaone** triumphantis, seu ad juratam Patribus hæreditatem in manu forti **Hebræos** dedu-

os deducens **EXERCITUM DOMINI**. Sedes Altissimæ Tabernaculum habitantis **DEI** cum hominibus fuit **ARCA**: sive illa, quæ auctore, & supremo Directore **NOMINE**, **SETHIMÆIS** fabricata de lignis, & **ODRISIJ** Metallis intus forisq; artificiosissimè fulta laminis, humeris incumbens **LEVITARUM**, peregrinam **IZRAËLIS** anteibat nationem; sive illa, quam **OPUS**, quod solus **OPIFEX** supergreditur. **DAMIANUS**; Propitiatorium **LABORANTUM**, & **LIGNUM** vitæ **DIVUS EPHREM**, Officinam immensorum bonorum **DAMASCENUS**, **NEGOTIUM SÆCULORUM** **BERNARDUS**, **AULAM** Regis æterni **AMBROSIVS**, **ARCHANGELUS** gratiã plenam **BENEDICTAM** inter mulieres **ELISABETH**, **SEDEM** Sapientiæ, **DIVINI**q; cum hominibus **Fœderis** **ARCAM** **ECCLESIA**; & deniq; sublimiore informati **SPIRITU** **JOACHIM** & **ANNA** **MARIAM** compellant. **Pacti** sempiterni **Tabernaculum**, **Propitiatorium** **Mundi** laborantis, **Fœderis** **ARCA** est **MARIA**. Longus forem, si omnem illam affinitatem, quæ inter **ARCAM**, & **MARIAM**, inter hujus & illius doctæ arctissima intercedit, investigandam susceperem. Silebo proinde admirabilem operis illius **MOYSAÏCI** structuram, quæ ab ipsa delineata **OMNIPOTENTE** dextera jam tum **MARIANAM** dabat spectandam imaginem. Non removebo ab ea expansas **CHERUBINORUM** alas, **Propitiatorium**, **DIVINI** **SEDEM** **ORACULI** contegentes: quis enim nõ clarè perspiciat eo **VELAMINE** **OBUMBRATIONEM** **MARIÆ** ab **Altissimi** **Virtute** factam fuisse figuratam. **Nube** clausam **CORTINAM**, & gestatæ ab **Sacerdotibus** **ARCÆ** incumbentem non retegam **pyramidem**: hand aliud ista, quàm supervenientem in **MARIAM** **DIVINISSIMUM** **SPIRITUM** adumbrabat. **Quid** repositas in **ARCA** **Tabulas**, **digito** **DEI** exaratam **Legem**, **pacti** cum populo **Fœderis** **memnosynon** exhibentes commemorem? **Quid** **fragmenta** **svavissimi** **Manna**, **cœlestibus** què in **furnis** **excocti** **panis** **reliquias** **aureâ** **DIVINI** **archivi**, & **juxta** **ARCAM** **positâ** **asservatas** **urnâ** **proponam**? **Quando** **illæ** **Legem** **gratiæ**, & **absolutissimæ** **perfectiõis** **ectypõn**.

privilegiiorumque Sponsæ Ecclesiæ à Divino Sponsò re-  
lietorum plenitudinem in insigni Devotionis vase MA-  
RIA claudendam referebant; iste verò Panis illius vivi,  
qui de Cælo descendens in Virginalis uteri Taberna-  
culo semet recondidit, typus erant. Hæc, & his assym-  
bola inter novam nostram ac veterem illam Arcam  
cognitionis argumenta, utpote nulli non perspicua,  
lubens volensque prætermitto. Gloriam solùm DEI,  
testamentariæ illi Arcæ quoquò gestata discederet, in-  
cumbentē, vel à longè & in symbolica speculi alicujus  
crystallo contueri non pigeat. Utinam verò aquilina  
nunc nobis foret acies! quò securius fulgentissimi hu-  
jus Solis, & si nunc eo velati sipario maiestatem liceret  
contemplari. Ea porrò gloriæ illius super Arca Fœde-  
ris suum stantem thronum resplenduit fulgoris excel-  
lencia, ut omnem suis radiis humanam intuendi facul-  
tatem exuperans, ne ipsi quidem Archistatego, cui  
familiarior cum Omnipotente conversatio fuerat, te-  
stum Fœderis ingredi, & coruscantem Domini maiestatem  
spectare liceret. Scilicet ut vel jam tum dignitas  
Arcæ figuraretur MARIANA; quæ tantam à Splendore  
Paternæ Gloriæ in primo statim sui Conceptu, plenissi-  
mo alveo, Divinam imbibit lucem, ac pulchritudinem,  
quantam nec aquilina quidem Patrum perspicacia pe-  
netrare, nec subtilissima Cherubinorum vel admirari  
fatis, nedum complecti potest acies. Et sanè, quod tam  
sublime ingenium ut concipiat; quæ tam subtilis per-  
spicacità, ut penetret, quis tam acutus oculus, ut ful-  
goris tui, ô pulcherrima creaturarum, sustineat lumen  
ac splendorem, quæ in *spiritibus sanctorum* genita,  
luce tuâ vel Luciferum ipsum pulchritudinis propriæ  
elatum Maiestate longis antecedis parasangis. Tu glo-  
ria Sanctæ Hierusalem! Tu magnificentia populi Chri-  
stiani! Tu Arca Fœderis, & animatum Divini atis  
Cælum (hæc nomenclaturâ te tuus insignit Damascen⁹)

*Tu animatum Dispositio Cælum hodie in Cælestibus collo-*  
474.

Bono proinde animo ob tuæ mortem Domine pul-  
sam indute munde! non enim est mortua, quam desles  
Virgo, sed suavissimè quiescens dormit. Quid aio, dor-  
mit: imò quietissimas ad Filii dexteram agit excubias.  
Modum igitur pone fletibus, luctum tempera; exu-  
nigrorem: nam

Non est conveniens plausibus iste color.

Assumitur MARIA in Cælum; ac propterea gaudent An-  
geli, laudantes benedicunt Dominum: quidni ergo &  
tu pullam exutus, agas Hilaria cum Angelis? Affulsit  
nimirum optatissima illa dies, qua cælestis Noëmi Arca  
per varios vitæ ducta casus, undisque fluxæ jactata  
mortalitatis tandem non in Armeniæ montibus, sed in  
collibus æternis felicissimè requievit. Beatum te! qui  
per quatuor & amplius annorum millia diluvio obrutus  
infidelitatis fidelem à quo habitaberis vix inveniebas  
hominem, jam quiescentis Arcæ hujus beneficio, in-  
numerâ penè sacratoris vitæ prole secundaris

Verùm ne à nostro longius digrediamur Taberna-  
culo, revolvite nunc si lubet mecum Auditores MARIAN-  
ni antiquæ illius Arcæ Fœderis non tam quidem à Co-  
ronato Psalte de Gabaa in Arcem Sionis factam trans-  
lationem, quàm à gloriosissimo Regum Salomone de  
teatoris assumptæ, in quibus eousque habitaverat, in  
magnificentissimo Hierosolymæ Templo celebratam  
collocationem. Vulnerarem ego sanè medullitùs eum  
veritatem ipsam, tum propensissimam pietissimorum  
regum & populi in Divinum cultum voluntatem, &  
lætitiam illam, qua Arcam Domini seu Jam in Sionem  
arcem, seu in augustissimum Solimæ Capitolium deduc-  
tendo gestiebant, ad Politicæ potius leges, quàm ad  
sinceræ contestationem affectus revocarem. Trium-  
phanti applaudentem (si sacra componere profanis  
licet) triumphanti applaudentem Julio Quirinopolim  
Hierosolymæam eotum dixisses Urbem, quando in eam  
non superbo quidem coronatisque ducto equis imposi-

tum enervi, sed sacratioribus Mystrarum incumbens hu-  
meris, Tabernaculum invehatur Testamenti. Vidis-  
ses enim verò non unius Sacrae Poleos cives, verum to-  
niversum Israël cum principibus Tribuum, & familia-  
rum Ducibus, sibi longo succedentes ordine, ipsumquè  
cum Senioribus populi pientissimum Regem callissimam  
perfusum voluptate gessientem, & jam victimas Holo-  
causti immolantem, jam Glorix Domini, Arcæ Foederis  
insidenti reverentissimè genua curvantem. Audisses  
latissimo tympanorum & tubarum clangore in partem  
latitix evocari populos, amenissimis Psalmodiæ aëra  
repleri concentibus, suavissimos cytharæ, & omnis ge-  
neris Musicorum sonos plateis infundi & compitis; ac  
deniq; ut verbo complectar omnia, totius Judea non  
populum duntaxat, sed ipsum Sacrum cum profano  
Magistratum Deo, & Principi faustissimè acclamantem.  
Nimirum in his omnibus & figuram vidisses, & jam  
tum solennitatis hodiernæ plausus ac triumphos obser-  
vasses. Agite, Archangelicis Arcam nostram ad cœle-  
stem Basilicam deportantibus vos interesse cho-  
ris cogitate Auditores. Tertia jam à pacatissima Di-  
vinae Matris obdormitione, ejusdemq; beatissimarum  
Exuviarum in Vallis Josaphatæ gremio depositione ab  
Antipodarum orbe ibat revecta dies; quando victorio-  
sissimus ille mortis triumphator Unigenitus Patris, mi-  
litares digesto in ordines Angelorum stipatus exercitu  
cum Divinissima illa Virgineæ suæ Parentis animam cœlo  
delapsus, eandem sacratissimo reunitam corpori, &  
pulcherrimæ nubis insidentem folio à tentoriis arum-  
nosæ vitæ in æterna deducebat tabernacula. Quis eo-  
rum plausus copiis illis cœlestibus? quæ exultatio? quis  
jubilus? quæ, reginæ suæ famulari gessientium officia?  
Alii succolandæ nubi, qua vehebatur, promptissimos  
subjiciunt humeros; Lunam alii pedibus supponunt in  
scabellum; alii duodenas in coronam stellas ordinant;  
aureum alii diadema capiti, regale paludamentum  
hume-

hume-

numèris alii, alii pretiosas collo murennas imponunt.  
Ad cœli jnnuas prævolat altera; Triumphatrici pars al-  
tera succedit Reginæ: isti latissimo tympanorum &  
buccinæ clangore Imperatricem adventare nunciant  
Superis; illi amenissimo, quæ in Angelico visuntur Or-  
do instrumentorum concentu scandenti super sydera  
applaudunt Dominæ; hi de tartareo pythone victrici  
Pæana, illi gloriosissimum triumphatrici Virgini con-  
cinunt Epinicion: Deniquè exaltatâ super omnem crea-  
turam MARIA, universus gaudet Exercitus Angelorum;  
& non gaudeas Assumptione MARIE singularem in cu-  
ram à clementissimo Numine assumpte Munde? Novi  
Arcæ Testamenti, quæ scriptam tibi hæreditatem  
reliquit Homo-DEUS, est MARIA. Ut tuis de hæreditate  
illa promptior subveniat necessitatibus, in sua locadam  
dextera hanc Arcam assumit Omnipotens, Propitiato-  
rium laborantium est MARIA. In Sanctis Sanctorum  
ante thronum Altissimi hodie collocatur, ut culparum  
reatu tibi laboranti Judicem reddat propitium. Ni-  
mirum.

Cum videt iratus DEUS hujus Virginis ora,

Si non antè foret, disceret esse bonus.

Quoties (ad Ecclesiasticos Annales temet remitto) quo-  
ties Justissima criminum vindex funestam tibi intenta-  
bat catastrophem? quoties aut ignibus abscondendus, aut  
disficiendus fulmine, aut tua ipsius ruinâ sepeliendus e-  
ras, nisi assusâ suæ pietatis undâ successas in tui exitii  
um faces restinxisset, irato de manibus numini tela ex-  
torisset, jam jam supremam iturum in ruinam miseri-  
cordiæ suæ brachijs ad Filii dexteram locata temet  
succolasset MARIA. Cœlum profectò & terra (fulgen-  
tissimo Ecclesiæ syderi crede Fulgentio) *Cælum & terra*  
*va jam pridem vissent, si non MARIA, suis precibus sustenta-*  
*isset.* Cavete inferioris Orbis incolæ mortales, ne  
si robustissima hæc Athlantis vestris irritata malefactis  
manum retrahat sustentatricem, in pristinum cum orbe

B 2

chaos

chaos recidatis. At quid ajo? quid cautelam vobis offero MARIANIS innixi humeris mundicolæ? Quem enim vereamini casum, quos ita suis nescia labefactarum potentia Virginis complexa est brachiis, ut nisi cadat ipsa, cadere nequaquam possitis. Quis porro casum in MARIAM cadere posse absque blasphemiae scelere affirmare præsumat? Colossus illa est firmissimus, hodie ad Filii dexteram locatus, & eâ signatus epigraphæ *Stabit in ævum?* Arca est; hoc uno antiquæ illi dissimilis, quod Assyrio tyranno in prædæ cadente Sancta Civitate, ipsa quoque de statione suâ ceciderit, & Sanctissimi Vatis Hieremiæ vocem secuta, desertis Templi penetralibus in cavernam Nabonni verticis sese abiecit à nemine, usque dum populum suum pacatus Dominus coëgisset, conspicienda. MARIA vero ita hodie locatur in cælis, ut absque ullo amittendæ stationis metu, in perpetuas cum Filio regnet æternitates.

Illud restat AA. MARIANI: ut quam hodie de Tentorii vitæ mortalis assumptam, & in Sancta Sanctorum ante thronum Divinitatis deportatam comitalis omne novi Arcam Testamenti, ad eandem cum pientissimo conversi Salomone, totis cordium medullis, totis precordiorum affectibus benedictionem hæc itemus. Nunc igitur o vere benedicta (præorantē sequamur Bonaventuram) Nunc igitur *O benedicta* Fœderis Arca, in qua reposita est *Salus nostra*, benedic nobis benedictione cœlesti, & recordare *Miseria nostra*: quem enim *Sis ipsa Salus tua eris*, & a quo *advertis* cultum tuum, *cadit in interitum*. Sicut namque *omnis ad te conuersus*, & a te respectus, impossibile est ut pereat, ita *omnis a te adversus*, & a te despectus, necesse est, ut intereat.

Vos demum qui ad intimiora Arcæ hujus obsequia per præstitum Virgini Matri Sacramentum admitti estis MARIANI Clientes, illud satagite unicè, ut postquam Fœdus cum Arca hac Fœderis pepigistis omnem ab animo fœditatem detergere nitamini,

Fœderis hæc Arca est: procul hinc discedite fœdis  
Virgo cum fœdis fœdera nulla facit.

D I X I.

In Convictu Nobilium ego JOSEPHUS  
JULIANI Nobilis Vngarus Rhetor.

ADAMAS.

Per Solis radios resolutus;

S. E. U.

B. Stanislau æstu Divini Amoris extinctus.

ORATIO III.



A fecundissimo lucis parenti, & Divinæ pulchritudinis ætypo soli majestas obtulit, & fulgoris excellentiæ; ut omnem sui radiis humanam intuendi facultatem exuperans, non tantum dum in medio cœli campo diffusus, aureis suis telis orbem succedit, aperitis & irretortis oculis, nequeat spectari; sed etiam dum jam iam occubiturus ad montium tumulos inclinat, vastissimo luminis Oceano nostros involvat aspectus, & in lacrymosum deducat hebetudinis naufragium. Unde qui angustissimum hunc astorum præsidem, quantumvis interjecto Lunæ orbe velatum, & fatali reliquio pallescentem specularunt, nequaquam in ipsum nudos defigunt oculos, sed ejus duntaxat simulacrum puro seu speculi seu fontis crystallo immersum contuentur. Et idem prorsus mihi suscipiendum docent consilium, si quidem hodie ex Oratoria specula insuetam, & vix expectatam fulgentissimi Kestkovorum s, deris exambiam

contemplari ecclipsim. Postquam enim Beatissima  
Adolescens Stanislaus fumos mortalium rerum um-  
bra, & fatuos terreni splendoris ignes fugiens, à se se  
ipso, mundoq̄ toto fuerat digressus, tantam Divinam  
plurimum alveo lucem imbibit, ac pulchritudinem  
quantam vel aquilina nobis nec admirari satis, nedum  
complecti fas sit acie. Et quis AA. Ornatissimi genui-  
num hunc aeternae lucis filium, qui totus non nisi spirat  
ipsum Patrem luminum nudo sustinere conspectu? Li-  
ceat proinde mihi, pace vestra fulgentissimum illud  
Ignatiani Caeli astrum in nitido speculi cujusdam a quo-  
re obumbratum contemplari, ejusque miranda tum vi-  
za, tum maxime mortis decora, tanquam in levidenti  
vobis exhibere imagine. Utinam verò Apellis nunc mi-  
hi foret dextera! quâ generosissimos Stanislaei etiam dum  
pueri expressurus animos, catulum effigiarem Leonem,  
qui vix natus, suos explorat unguis, & magnos ostena-  
rans ausus, praeludit pugnae: subscriberetis vos, nihil  
ambigo, tabulae: *A teneris unguibus*. Si aucupandi cal-  
lerem studium beatissimum illum caelitem Symphonia-  
sten exhibiturus, Manucodiatam in medium afferrem,  
quae percinaci volatu semper in aëre suspensa, & terras  
exosa, roris duntaxat pascitur nectare: acclamaretis vos  
sanè: *Siberio servit partu*. An fortassis quisquam ve-  
strum tenet navarchi peritiam? Magneticam is promat  
acum, & ego defixam Stanislaei in Dno mentem obser-  
vaturus subjungam: *Sequitur innocua astra*. Pyro-  
technica quemquam sui desiderio affiant spectacula!  
non morabor; Coelestis amoris exspirantem flammis or-  
ste furus Kostkam, ignivomum succendam globum:  
Afferitis vos illud. *Ardendo consumitur*. sed cum nihil  
aestimabilius Unionibus, nihil pulchrius & splendidius  
Margaritis, gemmisque inter sublunaria reperiam; ac-  
comodatissimum Stanislaei simulacrum, & maxime gra-  
phyeam ejus imaginem me hodie propositurum existi-  
mo, si pretiosissimam auro insertam exhibere gemmam,  
câ signa

ca ignatiam epigraphicè: *Sequitur innocua astra*.  
nam pulcherissimo Ignatiana Familia annulo compre-  
hensa: & tum pretio, tum fulgore caelestis illa gemma  
An fortassis delatus è Scythia Beryllus, qui velut tran-  
quillum pelagus, pellucido sui viroris & lucis vortice,  
oculos absorbet? sed is splendorem negat, nisi rigido  
secerur ferro: Stanislaus ad Virtutum disperendam  
lucem facilis, nec ceditur, nec cedit ferro. Desidera-  
tis Oriente progenitum Saphyrum, qui tanquam illi-  
me speculum caeli æmulatur pulchritudinem, aureis  
quali aliorum collucens punctis? sed nullam is recipit  
sculpturam: Stanislaei pectori fuerant altissime caelestes  
in sculpta leges. Expectatatis peregrinum ex Arabia  
Carbunculum; qui suo fulgore nocturnas quoque dispel-  
lit tenebras? sed is dum introrsum ardet, algore riget  
extimo: Invisceratus Kostkae fervor, in extraneos pari-  
ter erupit artus. Illum, illum proinde nobilissimum ter-  
rae partum, delitium regum, frontium sydas, diadema-  
tum gloriam, omnis pretii mensuram, & gemmarum  
principem vobis exhibeo Adamantem: in quo tanquam  
limpido speculo heroinas gloriosissimi, & ab ipsa morte  
invictissimi Stanislaei Virtutes perjurandè, ac benevolè  
spectetis; illudque singulare, & haec natura quoque  
invisam in nostro deprehendentis Adamante mortis fra-  
tagema; quod cum eum ferro, & flammis impenetrabilem,  
suis nequiret violare telis, Syracusanas imitata artes,  
congestis ardentissimi Solis radiis in favillas cineresque  
dissolverit.

Admirabilem Divinâ vi, & Sapientiâ artefactam hujus  
universi machinam, velut disertissimam incomprehen-  
si Protoplastis sui panegyrim, mihi solertiùs perpendenti,  
arctissimus ille rerum omnium nexus, & affinitas, nec  
non utriusque sphaerae caelestis & terrestris perenne  
commercium mentem semper rapuit attonitam. Quis  
enim non obstupescat, fatilque miretur tam eximias,  
quam reconditas supernorum orbium vires, quibus non  
tantum

...ntem per riuanti aeris tractus, sed per densissimam  
quoq; altissimamq; telluris compagem pretiosissimos seu  
metallorum seu lapillorum partus in imperviis montium  
cavernis astra progenerant; eâ quidē ratione, ut quævis  
illorū familiā suam ortum, ac indolem singulorū Plane-  
tarum beneficentiæ referant acceptam. Aurum quidem  
& Chrysolitus, si Physiognomis fides, Sole gaudent pa-  
rente; Argento, & Saphyro oblectatur Luna; Plum-  
bam & Smaragdum sibi vendicat Saturnus; Stanno &  
Amethysto Jupiter præsidet; Cuprum & Carbunculum  
tutatur Venus; Hydragirum & Hyacinthum fovet Mer-  
curius; Mars deniq; studiosè nutrit Ferrum & Adaman-  
tem. Communis utriq; parens symbo am & concordem  
infudit naturam & ingenium lætui. Durum est Ferrum  
non mollior Adamas: nativo riget illud gelu; frigidissim-  
is instar crystalli gaudet iste humorum venis: illud  
firmissima quæq; penetrat, ac evincit; ille se solus scin-  
dit ac sculpsit insuperabilem. Consanguineus ferri, Mara-  
tis progenies est Adamas, sive ille, qui pretiosis evehitur  
Indiis, Consulum nitet digitis, regificis superbit co-  
ronis, Divis fulgurat insertus aris: sive iste, qui cele-  
berrimo Poloniae oriendus regno, prædivitis, & Senato-  
riae Kostkorum gentis fulgor, prægrande Societatis  
Jesu ornamentum, dives caelestium gratiarum compen-  
dium, singulare Numinis ipsius delictum, inter stellatos  
gazophylacii Divini thesauros nitet gloriosissimè. Vule-  
nerarem ego sanè medulliths non veritatem quidem, sed  
integerrimam cuius terreno splendori inimicam Stas-  
islaei modestiam, si quo apice invictissimam ejus ma-  
gnanimitatem ad martiales suæ patriæ, & majorū laudes  
evocare. Quis porro nescit inelytam Polonorū gentem  
laureatō ferro cum aliis frequentissime, tum recenter ad  
Viennam Austriæ plurimum fuisse illustrem; ut Mara-  
ipse Thraciā desertā in Poloniam quondam transtulisse  
suum videretur prætorium. Cadmeos ibi statuisse ar-  
bitraris campos, quibus perpetuò ferrata barbarorum  
Nostri exurexit leges, & in felicem, copiosamq;

...ona tortitudine palmarum cecidit melle. Unus  
victoriosissimæ memoriæ Boleslaus tertius aperto Marte  
septies & vicies dimicavit, semper triumphavit. Ab hoc  
nihilominus Marte ferroque patrio caelestis noster Ada-  
mas suas dedignabatur haurire vires, beneficentior enim  
multo bellicosi sideris nactus horoscopum. Ne quis  
deinceps Astrologorum controversum putet, & ambi-  
guum Martine fuerit ea stella, quæ nato humanæ salu-  
tis Architecto Bethleem super angiportum fixa se se co-  
ronatæ Sapientum triadi spectandam dedit. Vix enim  
hæc suo iubarē aspersit terras, continuo multitudo mi-  
litæ cœlis delapsa per Idumeos castra metatur campos;  
Imperatoris explicat signa, palearum nimirum & fœni  
manipulos, quales longâ suspensos pecticâ vetus Marte  
oriunda Roma pro vexillis in acie præferbat. Unde  
Manipularis, teste Nasone, nomina miles habet. Suspi-  
rabatur quidem, imò festivo natali carmine pax denun-  
ciabatur orbi; sed non nisi cruento paranda ferro, quo  
potentissimus super semur suum accinctus Cœli Archi-  
strategus acerba fratres inter & amicos, inter parentes  
& filios bella suscitaturus advolavit. Hoc Martiali restau-  
randi mundi sydere afflatus Koska, ferreos traxit spiri-  
tus, sanguinemq; quo fortissimè avitas opes, consulares  
delicias, illustrem profapiam, superbos titulos, amico-  
rum blanditias, fratris levitiem, extremas parentis iras  
debellavit & proculcavit. Quid, & quantum non sudæ-  
vit, dum perruptis repagulis, & expugnatis adversanti-  
um pectoribus, sibi accessum ad munitissimam Romanæ  
Ecclesiæ arcem, ad Societatem inquam Jesu optatissimè  
referaret. Spectate nobilissimum Adolescentem levi-  
denso tectum petaso, cilicinis indutum udonibus, ca-  
lonibus duris calceatum, canabinâ amictum penulâ,  
tenui instructum perâ, agresti intentum bacillo, viarum  
& regionis ignarum festino gradu, anhelō pectore, se-  
reno vultu ex Austriæ Metropoli profugientem Dilia-  
gam. Tunc (tantillam sciscitanti moram indulge) tu ne

Illustrimâ Kostkavorum gente oriundus, venerabilis  
parentum delictum, amplissimorum censuum haeres, tu  
ne es Stanislaus? Vel te tacente fortissima & Divina tua  
perspicio consilia, & ex hac obscura fugientis forma  
pretiosum agnosco, & veneror Adamantem. Solus nimi-  
rum Adamas ex tota gemmarum familia nullum alien-  
num praefert colorem, sed interna duntaxat luce con-  
tentus reliquos lapillos omnes fortitudine excellit &  
pretio; non secus ac Stanislaus rejectâ superbarum ve-  
stium synthesi, & fucis toto unum studiosissimè collegit,  
tenuitq; mentis infractæ splendorem, atq; sub vilosa la-  
tens abolla durissimos feliciter expugnavit animos, tâto  
preciosior, quâto vilior tantò venustior quâto obscurior.  
Insequatur properantib; cisis caelestem peregrinum fra-  
ter, quaquaversus sollicitè spargat emissarios; fratrem è  
fuga retracturus, ipsas adeo veneficas artes consulat:  
nula seu Medæ gloriosum Jasonem à comprehendendo  
Societatis Jesu vellere, seu Circe prudentem Ulyss-  
sem à fugiendis mundi Sirenibus retardabit. Adaman-  
tis virtute fascino ac venena superari, nisi veterum  
Physiologæ crederem, Stanislaus me docuisset, quando  
magico proditus cantu, & jam jam deprehensus, su-  
perna vi persequentium cursum ac manus obstupefactas  
secundo portento evitavit.

Affiduas Stanislai Societatem Jesu flagitantis pre-  
ces ac suspiria diceris sagittas irrevocabiles, quarum  
cuspis adamante munitâ quæcunq; solidissima penetrat,  
ac perfringit. Et verò quid non vincat, edometq; in-  
superabilis Adamas? Undis immergas, incudi objicias  
malleis substernas, flammis tumules; semper erit Ada-  
mas, id est: indomitus, solidus, invictus, perrennis, æ-  
ternus. Obstupescimus, & pavemus incredibilem ferri  
duritiem, quod ab ipsa feritate nomen & aspectum  
hæreditavit, ad nocendumq; mille dolosus Protheus  
formas induit: ab arcu velut pennata volat avis, è va-  
gina serpentis instar prosilit lubrici; sub pilæ figura e-  
rumpit

rumpit è bombardis; trilices terebrat loricas; robu-  
lissima transfigit pectora; vallas prostrernit acies; latissimos  
disjicit muros: quin in proptrix parentis favit, fo-  
dicat, eruit, divellit viscera, sibi met perfidum ac ini-  
micum, dum per abstrusas cavernas ferrum indagatur  
ferro, ad usus protrahitur in lucem laboriosissimos, fer-  
reis compeditur forcipibus. dentibus limarum roditur  
& tandem super incudem chalybe feritur; & secatur.  
Has saxas, pavendâq; ferri vires solus ridet Adamas,  
illatus sub ictibus vim retorquet in adversarios, torci-  
pes effugit, reverberat malleos, hebetat limas, frangit  
incudes, Brontemq; Steropemq; enervat. Testor for-  
tissimum Adamantem nostrum Stanislauum, qui nec fer-  
reo fratris genio, nec asperis verborum telis, nec igno-  
miniosis scommatum probris, nec ipsis ferocibus rum-  
pebatur plagis: sed ab his potiùs majorem firmitudi-  
nem, splendorem & pretium traxit inestimabile; ita  
quidem, ut quantò à Paulo durissimæ sortis Fabro pre-  
mebatur arctiùs, tantò dexteriùs, fortiusq; manus pre-  
mentis effugeret, atq; Romam usq; prosiliret, non me-  
diocri fratris profugum requirentis curâ & sudore.

Magni quidem roboris & fortitudinis est indoma-  
bile superare ferrum, sed longè celebrius, & admirabi-  
lius est formidabilissimam semper triumphare flamma-  
rum potentiam; quæ ipsum quoq; domant, enervant, &  
conficiunt ferrum. Aspiciate horrificum illud oriundum  
cælo, & soli gratum Elementum, tantò cæteris super-  
bibus ac insolentibus rebus, quantò illustrius. Implaca-  
biles cum aqua æternaq; gerit inimicitias, inferiorem  
terræ dedignatur stationem, vastos innoxii tractus aëris  
longè latèq; depascit; ad sublimes sydereorum usque  
compages orbium pertinaci enititur ascensu, nec ipsam  
dubitât Lunæ regionem heluosis lambere faucibus, nisi  
interjecta crystalli ex lymphidissimis aquis cœagulata  
sphæra intemperatos gulonis prohiberet ausus. Firmis  
camini voracissimam belluam captivas repagulis; infa-

ab præ rabie ciet mugitus, scintillarum orbætat gurgitem, fumosos iaculatur globos, aucta vibrat undique flammaram tela, ut mortales illis terreat, depellat illis: illis excæcet, istis configat. Quoties una scintilla in inmanem exerevit Typhaum, qui tanquam centimanus augustissima palatia traxit in ruinam, & amplissimas Urbes brevi sepelivit busto. Hic funestissimis mundi aliquando casuri vespillo, sine armis & scalis inexpugnabiles protinus inscendit arces, arcus & trophæa extinxit victorum, Tarpejos Capitolii vastavit muros, & ipsum fulminatorem fulminavit Jovem. Cum adeo truculenta bellua nihilominus Adamas jocatur illastus, nativâ suâ temperie mitigat, ab illius gremio ventustior egreditur, ac gloriosior. Meministis forsitan AA. illius quondam horribilis in Polonia incendii per Stanislaum restincti, inter cuj<sup>9</sup> decumanos ignes ille cõparverat illustrior; sed funestior multò mihi in mentem venit catastrophes, quæ sub sexagesimum ævi superioris annum, non modò Viennam sed Austriam totam, quin & Germaniam in tristissimum convertit rogam; flammivoma nempe illa Teuthoniæ Chymæra, pestifera Lutheri soboles, totius ferè Europæ depopulatrix hæresis non modò licentiosâ vitæ pravitate saturatam perdidit senectutem, sed tenerimos quoqz innumerabilium adolescentum animos foedissimè lasciviæ depavit ignibus. At non Stanislaum quem sive crystallinum Angelicæ puritatis cœlum, sive pretiosissimum miræ fortitudinis existimatis Adamantem, in mediis non æstuantem incendiis, in voracissimis non suaciatum flammis, in Chaldæis nonnisi florentissimum spectabitis caminis.

Non ab Austria modò, sed à Polonia quoqz illud de Stanislaò mihi audire videor: *Durus hæc est animo, solido ex adamante creatus.* Inaudiverat Joannes Herois nostri parens filium abjectâ nobili synthesi, rusticâ personatum velte, per Austria Metropolitim, & Cæsaream, sedem Viennam errasse, præcipui iugâ deseruisse fra-

træm,

terem, utrîmqz Germaniam, quin & Italiam rogatâ permeasse stipe, & quod omnium tatorum acerbissimum spretis parentum amoribus, desideriiis, consiliis, ad religiosæ familiæ delatum tyrocinia. Proh! Deum immortalẽ, qui non æthæzi paternos animos coxerunt æll<sup>9</sup>? quæ non ex hisce lemnis ignium prorumpabant diluvia? quæ non filio fortè in paternas lapsuro manus parabantur caminis illis catastæ, compedes, catenæ, fulmina? Quid Stanislaus? Riserat hos fatuos immobilis & constans ignes, nisi cœcus, & tenebrosus eorum fumus excussisset lacrymas: Heu! inquebat, heu miseram parentum meorum cœcitatẽ qui immensam usqz adeo Divinæ in se, subque beneficentiæ non perspiciunt lucem. Falleris ô Parens! immanè quantum falleris, me carceris & vinculorum territurus minis. Romphæas exæcæ, castatas instrue, flagris dilania, inediâ torque, vinculis onera, ergastulis conclude, & si vel exuisti patrem, vel sanguinolentum Numinis induisti holtem, meo tuum furorem (en habens propino) pota sanguine: me tamen nunquam vel lato ungue ab arctissimis Servatoris mei divelles amplexibus. Sic sic AA. Ornatissimi cœlestis Adamantis hujus *durities solis, distima cedere nescit, ferrum contemnens nulloqz domabilis igne.*

Ipsa proinde gelida mors omni suâ armorum populi tremens invictissimum Heroem nostrum vincere desperavit. An enim (hæc ille amvolentem cogitate) an eum perditura undis, tradam syrtibus & Charybdi terreni experts ponderis, non mergetur. An superatura flammis Vesuvos animabo focos! non in novos abibit splendores, non in umbras. An bicipiti tenerum falce tentabo florem? in demais meum hebetabit frum. Prodromis nullus patet adytus morbis, quos sacra proscribit victus temperies; vetularum procul abest lene vorvirium, ubi roseus vernat ætatis vigor: non tabescentes pectus erodunt curæ, quod Divinis conforme nutibu-

nul



Nulla ferret vicissitudo. Multam demum post medita-  
tionem Mors Adamantem Kostkoviensem flagrantibus  
eterni Solis expositum radiis, non modò ardentem im-  
bibisse imaginem, sed totum inter cœlicos amoris æstus  
colliquescere animadvertit. Tum enimvero gelliens,  
exiliensq; monstrum ossium, properatam componit hu-  
mum, quam suismet haustus ardoribus in beatos colla-  
piurus cineres gemmarum quiesceret phœnix. Nec  
ipse fefellit. Augustus illuxit dies, quo magnum Vir-  
ginis signum super orbis horizontem erectæ inter festi-  
vas astrorum faces suo Divino soli proximè sociaretur.  
Ab hac conjunctione tantus excrevit radiorum ardor,  
qui sufficeret ad resolvendum, ac incinerandum Sta-  
nislai Pectus. Non deliquia virium, sed omnimoda sui-  
met exinanitio, non morbi vis, sed pietatis excessus, non  
febrilium calor, sed amoris incendia prostrarunt Kost-  
kam, & in terram quidem prostrarunt ad usque cœlo-  
rum orbem elevandum. O pretiosam omnino humum  
in quâ lectissimus hic adamantinus thesaurus noster jac-  
cere adamavit. O terram opulentam, quæ nobilem an-  
te deo tulit gemmam!

Neque verò Auditores dum hanc ardentibus Divi-  
ni Amoris radiis in cineres resolutam gemmam perspe-  
xistis ullam ejus pertimescite jacturam. Adamas gem-  
marum phœnix in suismet favillis jucundissimè reperit  
incunabula, & integerrimus etiamnum viget post fata  
superstes.

Gratulor felicitati tuæ ô fecundissima Sacrationis  
Parens sobolis Jesu Societas, quæ pretiosissimos hujus-  
modi parturis adamantes. *Tu opum gaudium* (hoc elo-  
gium Plinius tribuit Adamanti) *Tu opum gaudium*, &  
opulentissimum Supremi Monarchæ gazophylacium  
felicissimo tuo conclusis sinu Stanislaurus. Imò si tu-  
am non vulnerarem modestiam, compellarem Te ad-  
mirabilem illam Regis Indorum arborem, ex cujus  
latè porrectis brachiis perpetuus ac feracissimus ditissi-  
morum

